UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Paderae Fontes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

Visual Library

PADERÆ FONTES.

MEMORIÆ. SACRUM

HIC. UBI. FONS. PADERÆ. MEDIA. SURGENTIS. IN. URBE
DUCO. VETUS. MAGNI. NOMEN. [1] AB. AMNE. PADI
MARTE. DIU. ANCIPITI. CAROLUS. CERTARE. COACTUS
[2] DELEGIT. CASTRIS. CONCILIISQUE. LOCUM
[3] JUSSIT. ET. HIS. UNDIS. LUSTRATAM. SUBDERE. GENTEM
SAXONICAM. VERO. COLLA. SUPERBA. DEO
[4] HIC. LEO. ROMANA. DEDUCTUS. AB. URBE. SACELLUM
[5] SACRAVIT. PRIMUM. RELLIGIONIS. OPUS
HIC. SEDES. LONGO. FUIT. ORDINE. DEINDE. SECUTIS
TERRARUM. DOMINIS. INCLYTA. [6] CÆSARIBUS
[7] VIRGINIS. HIC. CONJUX. VIRGO. CUNIGUNDA. MARITI
ACCEPIT. MERITIS. REGIA. SERTA. COMIS
VASTUM. ALIUS. SUBEAT. SEPTENA. PER. OSTIA. PONTUM
NOBILIUS. NULLUS. ME. CAPUT. AMNIS. HABET

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ SEDIS. GRATIA. EPISCOPUS. PADERBORNENSIS COADJUTOR. MONASTERIENSIS. S. R. I. PRINCEPS. COMES. PYRMONTANUS. ET. LIB. BARO DE. FURSTENBERG

AD. FONTES. PADERÆ. CASTRIS. COMITIIS. ET. FREQUENTI IMPERATORUM. REGUMQUE. GERMANIÆ. ET. FRANCIÆ HOSPITIO. AC. REGIA. S. CUNIGUNDÆ. CORONATIONE. CELEBRATOS

M. H. P

1 Gobelinus Perſona in coſmod:omio. ætat. 6. cap. 38.

2 An. 777. 783. 785. 786. 799. Eginardus in Vit. Caroli. M. Aſtron. Vit. Ludovici Pii apud Pithæum, aliique.

3 Vit. Caroli M. apud Pithæum. Annal. Fuldenſes apud Freherum.

4 Annal. Fuldenſ. Vita Caroli M. Aſtron. Regino, aliique.

5 Vit. S. Liborii apud Bollandum cap. 11. Vit. B. Meinwerci apud Browerum. Gob. Perſona in Coſmod. ætat. 6. cap. 38. Crantzius Metropol. lib. 1. cap. 11.

6 Magnum eorum catalogum vid. in notis Monumentorum Paderbornenſium.

7 Adelboldus de rebus geſtis S. Henrici apud Gretſerum. Vitæ S. Godehardi, S. Bernwardi, B. Meinwerci apud Browerum. Chron. Hildeſienſe inter ſcript. hiſt. Franc. tom. III.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN